Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31241
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



ualitudine ea hora laborans
in lectulo tenebatur. Ad quod ille ue
hementer expauescens. absit inquit
non sum qui hoc modo nouerim ora
re. quod hoc ualeam impetrare.
Perseuerante tamen eo in sententia
itum est et oratum. Orans ergo per singu
los in quantum preualuit. pro singu
lis effudit ad clm animam suam.
tantaque per singulos in orando perfu
sus est suauitate conscientie. tantaque
in petrandi fiducia. et omni gratia
spiritualis consolationis. ut in omnibus
certa fide exauditum se exultaret
spiritus eius. exceptis duobus in quibus
oratio titubauit. hesitauit de
uotio. fiducia defecit. Quod cum
retulisset ad eum a quo missus fu
erat. ille statim pronuntiauit de
illis duobus. quod postea probauit euentus.

xli

Abbas autem rogerius et ali
qui qui cum eo erant. ipsi
fuerunt quos uir dei aliquando de ca
thalaunensi traxerat ciuitate. de
quibus uel in quibus etiam tunc simi
le quid fuerat factum. Cum enim episcopi
gratia cathalaunum frequentaret.
rediens aliquando. traxit secum multitu
dinem copiosam nobilium et litte
ratorum clericorum et laicorum. Quibus
adhuc in domo hospitum demoran
tibus. dum nouellas plantationes
celestibus irroraret eloquiis. super
uenit portarius monachus. nunci
ans stephanum de nitreio magistrum
eorum ad esse. ad renunciandum seculo.
et cum eis commorandum. Quis alius
de talis uiri aduentu non exul
tasset uehementer. cum uallis il
la huiusmodi frumento. non multum
adhuc abundaret. Ipse uero reue
lante sibi spiritu sancto insidias spiritualis
nequitie. tacitus aliquantulum inge
miscens. erupit in uocem audien
tibus uniuersis. Malignus ait spiritus
huc eum adduxit. Solus uenit.
solus reuertetur. Ob stupuere om
nes. qui prius audito eius aduen
tu. non se poterant capere pre leticia.
Veruntamen ne pusillos adhuc
scandalizaret filios suos. suscepit
hominem. de perseuerantia aliisque
uirtutum studiis studiose commonu
it. et sciens ut prudens omnia